Heiligenkreuz (?), Wende 13./14. Jh. (?) Seite 70r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



70.

femina nesciat. Iste inquit filius hominis uere clarificatus est. et quoquo filius
dei huius propriam hominis filii huius propriam. Iniusto filio hominis marie
videlicet clarificatus est deus. In quo est clarificatus. In salute languorum. in illuminatione
cecorum. in resurrectione mortuorum. in omnibus operibus suis. et prius sui semper
faciens voluntatem. et deus clarificauit eum in semetipso. et unus deus cum patre.
una diuinitas. una maiestas. et hic clarificacio est abetino. Hanc cla
rificacionem secundum hominem morti appropinquans dari sibi adeo pre petiula
bat. cum dicebat. Pater clarifica me. apud temetipsum. claritate quam
habui prius quam mundus fieret. Quam prius habebat secundum quod deus. hic et
noluit secundum hominem erat. ut humana natura unita quod cum eis erat pas
sibilis et mortalis. fieret impassibilis et immortalis. et hic est quod dicit. et continuo
clarificabit eum. Tu igitur xpiane quotidiane meditate cupis hic cum xpo dominum prem
semper clarificare meritis. cum pura locutione. serena cogitatione. ordina
ta actione omnibus moribus tuis. ut te quicumque audit glorificet deum.
benedicens eum. et dicat. Benedictus deus in celo et in terra. qui talia operatur
in filiis suis. Profecto sic cum xpo eunte prius habebis hereditate. Mag
num est hoc quod dico. quodcumque humane dignitate exceditur. hoc est terra tre
mit. depulsis pulsis fem. in celum ad xpm ascendere. et assidue deinceps
cum xpo regnare. Quis umquam tale aliquod audiuit. Et ecce magnum
est. imo magnum nimis. et licet tam magnum. uerum ipse ueritas
dixit. Volo pater ut ubi ego sum illic sit et minister meus. Tu uero
monache benedicti. esto in unitate ministri xpi religiosus. non simulas.
sanctitate non pallians. humilitate non relinques. usque ad mortem obedi
entiam tenens. et sic cum xpo regnabis. qui discipulis suis in consequentibus
ait. Filioli adhuc modicum ipse uobiscum sum. Filiolos et non filios
appellat. quos primitus tenitrudie adhuc plenarie robur fidei non
solidabat. Nam in uinc adhuc potant lacte. nondum idonei adre